

Jahresband 1893

Archiv des Vereins für die Geschichte des Herzogthums Lauenburg

---

## PROMEMORIA

der Freien und Hansestadt Lübeck betreffend den Nachweis der Rechte,  
welche ihr an dem nörlichen Theile des Ratzeburger Sees zustehen.

\* \* \*

(Fortsetzung und Schluß, cfr. Bd. III, Heft 3 p. 119).

## ANHANG.

[Peltzer]

1) Johann I., Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Burggraf zu Magdeburg,  
urkundet über den Verkauf eines Wehrs im Ratzeburger See und der dazu gehörigen  
Seefläche an den Lübeckischen Bürger Bertram Mornewech.

Palingen, 1274. Juli 8.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original auf Pergament mit anhängendem Siegel.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck 1 No. 350.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes, Dei gracia dux  
Saxonie, Angarie, Westfalie, borchgraviusque Magdeburgensis, salutem in Domino.  
Protestamur litteris presentibus, quod nos discreto viro Bertrammo dicto Mornewech, civi  
Lubycensi, amico nostro, gurgustrum nostrum sive septa, que were dicuntur, in stagno  
nostro Raceburgh justo emptionis titulo vendidimus pro trecentis marcis denariorum  
Lubycensium

viginti marcis minus sub hac forma, quod si dictos dinarios in ipso die purificationis beate Marie virginis nunc proximo venturo eidem solverimus, ad nos dictum gurgustrum libere revertetur. Si autem dictos denarios prenotato termino non solverimus, Bertrammus prenominatus ob dilectionem nostram eam nobis dedit optionem, ut ipsum gurgustrum post triennium subsequens revolutum ipso die purificationis pro eisdem dinariis remamus. Quod si casu aliquo contingente non fecerimus sepedictum gurgustrum ad ipsum et heredes suos legitimos eo jure, quo ad patrum nostrum carissimum felicis memorie pertinuit et ad nos est devolutum perpetuo pertinebit, manifeste recognoscentes et cum consensu karissimi fratris nostri Alberti, ducis illustris, et communium vassalorum nostrorum hec ordinantes, proprietatem, jus usufructus, commoditates cum terminis [h]ucusque attinentibus eidem gurgustro, sicut nobis competunt et competere poterint vel nostris successoribus, ipsi Bertrammo et suis heredibus plene demisimus taliter, ut de eis vendendi vel conferendi ecclesiis aut monasteriis seu alias, ubique decreverint, liberam habeant facultatem, nobis aut nostris successoribus non debentibus aliquatenus contraire. Sunt autem hii termini, jura commoditates et ea que attinent et semper attinere debent gurgustro sepius nominato, sicut ea ipsi Bertrammo et suis heredibus ac ecclesiis et monasteriis, si transtulerint, resignavimus proprieque perpetuo possidenda: scilicet quod nulla wada de Raceburgh, vel undecunque fuerit, debet propius ad bodam gurgustri venire, nisi ex una parte stagni ad eum locum qui vocatur concava via vel Holewech, et ex altera parte stagni ad villam Pogeze; wada autem pertinens ad bodam debet et poterit piscari libere sine aliquorum impedimento per totum stagnum. Similiter nullum rethe, quod jagenette dicitur, trahens ad heile dicte bode propius venire debet, quam ex utraque parte stagni ad prenotatos terminos sicut wada, sed hec ambo retia, quando gubiones et pisces,

qui blegere dicuntur, semina sua spargunt, quam sparsionem vocant stinkulderinge et bleiculderinge, ad ipsam bodam tam prope possunt accedere, sicut volunt. Item nullus piscator huic bode propius venire debet, quam ad locum limosum, quem mode nominant et ex altera parte ad antiquum stadhe. Item tempore nocturno non licet alicui piscatori stagnum ascendere cum rete, quod jagenette dicitur, ad piscandum. Item licet eis et licebit semper ligna secare, que elrenholt dicuntur, quibus eguerint ad gurgustrum. Item omni vespere adhuc sole splendente ipsum gurgustrum serabitur et in mane aperietur die quolibet orto sole, adicientes, si terris aliqua gwerrarum incomoda occurrerint, in eis ipsum tenebimur defensare. Ut autem hoc rationabile factum nostrum perpetuam obtineat firmitatem et nec a nobis aut nostris heredibus seu successoribus nostris valeat immutari, presentum paginam sigillo nostro communitam ipsi Bertrammo et suis hercdibus vel ecclesiis et monasteriis seu ad quoscumque dicti Bertrammus et sui heredes transtulerint, contulimus in testimonium veritatis. Hujus vero venditionis testes sunt: Heinricus de Crumesse, Johannes de Culpin, David de Karlowe, Hermannus Ribe, Ludolfus de Scarpenberge, Walravenus de Ritserowe, Volcmarus de Grunowe, Heinricus de Parkentin, Heinricus Wackerbart, milites nostri. Datum et actum in curia Polinge anno Domini 1274, in die beati Kiliani martyris.

2) Albrecht II., Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Burggraf zu Magdeburg, urkundet über den Verkauf eines Wehrs im Ratzeburger See und der dazu gehörigen Seefläche an den Lübeckischen Bürger Bertram Mornewech.

Ratzeburg, 1274. Juli 8.

Großherzogliches Haus- und Centralarchiv zu Oldenburg, Original.

Gedr. Urkundenbuch des Bisthums Lübeck, 1 No. 239.

1893/3 - 41

---

1893/3 - 42

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Albertus Dei gracia, dux

Saxonie, Angarie, Westfalie, borchgraviusque Magdeburgensis salutem in Domino.  
Recognoscimus litteris presentibus, quod nos discreto viro Bertrammo dicto Mornewech, civi Lubicensi, amico nostro, gurgustrum nostrum sive septa, que were dicuntur, in stagno nostro Raceburgh justo emptionis titulo vendidimus pro trecentis marcis denariorum Lubycensium viginti marcis minus conversis in usus utiles et necessarios sub hac forma, quod si dictos denarios in ipso die purificationis beate Marie virginis nunc proximo venturo eidem solverimus, ad nos dictum gurgustrum libere revertatur. Si autem dictos denarios prenotato termino non solverimus, Bertrammus prenominatus ob dilectionem nostram eam nobis dedit optionem, ut ipsum gurgustrum post triennium subsequens revolutum ipso die purificationis pro eisdem denariis reemanus. Quod si aliquo seu quocumque casu contingente non fecerimus, sepedictum gurgustrum ad ipsum et heredes suos legitimos eo jure omnimodo, quo ad patrem nostrum karissimum felicis memorie pertinuit, et ad nos est devolutum, perpetuo pertinebit, manifeste recognoscentes et cum consensu karissimi fratris nostri Johannis, ducis illustris, et communium vasallorum nostrorum hec ordinantes, quod proprietatem sive dominium directum et utile, jus usufructus, servitutis cujuslibet, jurisdictionis supreme medie et infime et generaliter quascumque commoditates seu utilitates predicti gurgustri cum terminis hinc inde eidem gurgustro attinentibus, sicut nobis competunt et competere possunt vel nostris successoribus, ipsi Bertrammo plene et suis heredibus dimisimus seu in ipsos traditione subsequuta transtulimus, taliter ut predicta vendendi vel conferendi ecclesiis aut monasteriis seu alias, ubicumque decreverint, liberam habeat facultatem nobis aut nostris successoribus non debentibus aliquatenus contraire. Sunt autem hii termini,

1893/3 - 42

---

1893/3 - 43

jura, commoditates et ea, que attinent et semper attinere debent gurgustro sepius nominato, sicut ea ipsi Bertrammo et suis heredibus ac ecclesiis et monasteriis, si ipsi transtulerint, resignavimus cum proprietate et aliis, ut predicatur, pure libere et perpetuo possidenda: scilicet quod nulla wada de Raceburgh vel undecumque fuerit debet propius ad bodam gurgustri venire, nisi ex una parte stagni ad eum locum, qui vocatur concava via vel Holewech, et ex altera parte stagni ad villam Pogheze; wada autem pertinens ad bodam

debet et poterit piscari libere sine aliquorum impedimento per totum stagnum. Similiter nullum rethe quod jaghenette dicitur, trahens ad heile dicte bode propius venire debet, quam ex utraque parte stagni ad prenotatos terminos sicut wada. Item nullus piscator quocumque alio modo piscandi huic bode propius venire debet, quam ad locum limosum, quem mode nominant, et ex altera parte ad antiquum stadhe. Item tempore nocturno non licet alicui piscatori stagnum ascendere cum reti, quod jaghenette dicitur, ad piscandum. Item licet eis et semper licebit ligna secare quelibet, quibus eguerint ad gurgustrum. Item omni vespere adhuc sole splendente ipsum gurgustrum serabitur et in mane aperietur die quolibet orto sole, adicientes, quod si terris aliqua gwerrarum incommoda occurrerint, in predictis ipsum Bertrammum et quoscumque causam ab eo habentes tenebimur defensare. Ut autem hoc rationabiliter factum nostrum perpetuam optineat firmitatem et nec a nobis aut nostris heredibus seu seccessoribus nostris inmutetur, presentem paginam sigillo nostro communitam ipsi Bertrammo et suis heredibus vel ecclesiis et monasteriis seu ad quoscumque dicti Bertrammus et sui heredes transtulerint, contulimus in testimonium veritatis. Hujus vero venditionis et ordinationis testes sunt Heinricus de Crummesse, Johannes de Culpyn, David de Karlowe, Hermannus Rybe, Ludolphus de Scarpenberg, Walravenus de Ritserowe, Volcmarus de Grunowe, Heinricus de

1893/3 - 43

---

1893/3 - 44

Parkentyn, Heinricus Wackerbart, milites nostri. – Datum Raceburgh, anno Domini 1274 in die Kyliani.

3) Johann I., Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Burggraf zu Magdeburg, stellt Bürgen für die Erfüllung des von ihm mit Bertram Mornewech geschlossenen Kaufvertrages (No.1) – 1274. Juli 8. Palingen.

Großherzogliches Haus- und Centralarchiv zu Oldenburg, Original.

Gedr. Urkundenbuch des Bisthums Lübeck 1 No. 240.

Johannes, Dei gratia dux Saxonie Angarie et Westfalie ac borchgravius Magdeburgensis omnibus presentia visuris salutem in Domino. Tenore presentium duximus protestandum, quod nos cum consensu fratris nostri, illustris principis, Bertrammo Mornewech civi Lubicensi vendidimus, sibi et suis heredibus, gurgustrum nostrum cum omni jure et libertate, prout in privilegio inde confecto plenius continetur. Si autem dictum Bertrammum vel suos heredes contigerit pregravari super hiis, que in dicto privilegio continentur, fide data promiserunt ex parte nostra milites nostri subscripti, quod Molne intrabunt non exituri, nisi illud prius sit in jure vel justitia retractatum. Hii autem sunt dicti milites et testes: Heinricus de Crumesse, Johannes de Culpin, David de Karlowe, Hermannus Ribo, Ludolfus de Scarpenberge, Walravenus de Ritserowe, Volmarus de Grunowe, Heinricus de Parkentin, Heinricus Wackerbart. Si autem aliquis dictorum militum moreretur, debemus ponere in locum suum, postquam ammoniti fuerimus, alium equedignum infra mensem, qui fide data promittet servare omnia taliter, que alii milites promiserunt. Ut autem omnia ista rata et firma permaneant, presentem litteram inde conscriptam nostro sigillo in testimonium fecimus communiri. Datum Palinge anno Domini 1274 in die beati Kiliani martiris.

1893/3 - 44

---

1893/3 - 45

4) Bischof Burchard und das Domcapitel zu Lübeck urkunden über die Stiftung zweier Vikarien in der Johanniskirche daselbst durch den Bürgermeister Hermann Mornewech. Lübeck, 1314. Jan. 30.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original auf Pergament mit 2 Siegeln.

Gedr. Urkundenbuch des Bisthums Lübeck, 1 No. 448.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. – Borchardus, Dei gracia episcopus, Hinricus prepositus, Seghebandus decanus totumque capitulum ecclesie Lubicensis universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, evanescant et pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare notum esse volumus universis presentibus et futuris, quod constitutus

in prescencia nostra vir honestus Hermannus Mornewech proconsul civitatis Lubicensis, pro animabus domini Bertrammi patris sui et domine Ghertrudis matris sue pie memorie et anima sua secundum votum et desiderium dicti patris sui et sicut ab ipso dum viveret devote extitit ordinatum, quoddam gurgustrum, quod vulgariter were dicitur, in stagno Raceborch positum et decem marcarum redditus denariorum Lubicensium in villa Koekoele, quos abbatissa et moniales sancti Johannes evangeliste in Lubeke singulis annis erogare tenentur cum omni jure libertate et utilitate, sicut pater dicti Hermanni et ipse idem Hermannus ipsum gurgustrum et pretactos redditus hactenus habuerunt et possederunt et sicut in privilegiis super ipsis bonis confectis liquido continetur, ad honorem Dei et virginis matris ejus et omnium sanctorum, ut de ipsis in ecclesia sancti Johannes evangeliste in Lubeke due instaurentur vicarie perpetue, nobis in manus nostras sponte et libere resignavit. Quam oblacionem sic salubriter et devote factam gratam habuimus et in honorem sanctorum apostolorum Andree et Bartholomei duas vicarias perpetuas in ecclesia sanctimonialium

1893/3 - 45

---

1893/3 - 46

beati Johannes evangeliste in Lubeke, sicut premittitur, de predictis bonis duximus in Dei nomine instaurandas, volentes, ut vicarii hujus modi beneficiorum, qui pro tempore fuerint, nisi legitime impediti celebrent die quolibet quilibet unam missam, et in anniversario predicti domini Bertrammi hiidem vicarii imperpetuam duas marcas denariorum Lubicensium pro memoria ejusdem de ante dictis redditibus ipsorum dare et solvere tenebuntur inter canonicos, qui presentes fuerint in vigiliis et in missa more solito dividendas. Hos etiam redditus ad hujus modi beneficia assignatos vicarii memorati conjunctim percipient equali periculo laboribus et expensis. Nos vero in remuneracionem obsequiorum multorum et benivolenciarum nobis et ecclesie nostre per dictum Hermannum Mornewech sepe et pluries favorabiliter prestitorum eidem grata vicissitudine liberaliter indulgemus etque concedimus, quod idem Hermannus solus quoad vixerit et post eum immediate filius ejus Bertrammus similiter solus et per tempora vite sue, deinde vero sorores dicti Hermanni, domine videlicet Windele, Elizabeth et Greta, ac ipsorum Hermanni, Bertrammi et dominarum predictarum heredes et usque in infinitum

quorumlibet dictorum heredes legitimi masculini sexus in omni generatione et generatione ab eis linealiter descendentes successive semper et conjunctim ipsas conferent vicarias. Postquam ver personas hujusmodi omnes, de quibus premissum est, contingit absque heredibus masculis decedere in generacionibus prenotatis, predictarum viciarum jus patronatus seu presentacio ad capitulum ecclesie nostre perpetuo pertinebit. Testes hujus rei sunt Johannes Crek prepositus Utinensis, Johannes de Clutze, magester Helembertus scolasticus, Alardus de Estorpe cellerarius, Hinricus de Hattorpe, Johannes Hake, Wernerus de Monte, Wernerus Huno, Rotcherus de Camen, magister Hinricus Goldoghe cantor et Jordanus, ecclesie nostr canonici, qui omnibus premissis et singulis interfuerunt et consenserunt. In

1893/3 - 46

---

1893/3 - 47

cujus rei testimonium nos Borchardus episcopus sigillum nostrum et nos Hinricus prepositus, Seghebandus decanus et capitulum supradictum sigillum ecclesie nostre presentibus duximus appendenda. Actum Lubeke anno Domini 1314 feria quarta proxima ante purificationem beate Marie virginis gloriose.

5) Erich I., Herzog von Sachsen, Engern und Westfalen, Burggraf zu Magdeburg, und sein Bruder Johann II. bestätigen den durch die Herzoge Johann I. und Albrecht II. geschehenen Verkauf eines Wehrs im Ratzeburger See und der dazu gehörigen Seefläche sowie Uebertragung derselben auf zwei Vikarien im Johanniskloster zu Lübeck. – Ratzeburg, 1318. Nov. 16.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original auf Pergament mit vier Siegeln.

Gedr. Urkundenbuch des Bisthums Lübeck 1 No. 472.

In Dei nomine amen. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditoris Ericus Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, burgraviusque Magdeburgensis salutem in eo, qui salvans omnes neminem vult perire. Quoniam non hominis, sed numinis



proprium esse convincitur, cuncta tenere memoriter inconcusse, expedit ea, que aguntur, scripturarum robore perhennari. Hinc est, quod formam emptionis et venditionis contractus inter dilectos dominos Johannem, patrem nostrum, et Albertum, patruum nostrum, olim illustres duces Saxonie ex una et discretum virum Bertrammum dictum Mornewech, quondam civem Lubicensem, parte ex altera felicitis memorie de gurgustro seu septis tunc ad eos pertinentibus, que were vulgariter nuncupantur, situatis in stagno Raceborch quondam celebrati et initi hiis et ceteris cum suis circumstanciis accedente ad hoc consensu et cooperatione incliti viri, Johannis, dilecti fratris nostri ducis

1893/3 - 47

---

1893/3 - 48

Saxonie duximus inserendam, ut in posterum via calumniis, maliciis et oblivionibus quorumlibet omnimodo precludatur. Recognoscimus itaque tenore presencium ex certa scientia manifeste, quod iidem domini duces predecessores nostri jam dictum gurgustrum seu septa, que were dicuntur, eidem Bertrammo sub anno Domini 1274 legitimo emptionis tytulo pro justo precio ipsis numerato et in ipsorum usus utiles et necessarios converso observata juris sollempnitate debita rite et rationabiliter vendiderunt, sic quod hujusmodi gurgustrum cum suis subscriptis terminis et attinentiis ad jus et proprietatem ejusdam Bertrammi et suorum legitimorum heredum eo jure omnimodo, quo ad progenitores et antecessores nostros prefatos pertinuerat, in perpetuum absque omni servitio, talliacione et onere libere pertineret, nec non prenommatum gurgustrum seu septa ac proprietatem sive directum dominium et utile atque jurisdictionem supremi medii et infimi judicii et generaliter quoscumque fructus, proventus, commoditates, emolumenta, utilitates et jura quelibet ejusdem gurgustri cum terminis hinc et inde eidem gurgustro attinentibus et incrementis quibuslibet ipsi Bertrammo et suis heredibus plenissime dimiserunt et in ipsos tradicionem subsequata totaliter transtulerunt, hoc nichilominus adjecto, ut predicta vendendi, donandi vel conferendi ecclesiis vel monasteriis vel in alias in quoscumque usus ecclesiasticos vel mundanos convertendi et disponendi de ipsis pro ipsorum voluntatis libito haberent liberam facultatem prefatis nostris predecessoribus aut eorum successoribus non debentibus aliquatenus contraire, adicientes, quod si in terris aliqua gwerrarum incommoda ubilibet vel eciam inter ipsos seu successores eorum et civitatem Lubicensem suscitari

contingeret, ipsi et successores eorum tenerentur, dictum Bertrammum et quoscumque ab eo causam habentes suosque heredes in premissis totis viribus fideliter defensare. Sunt autem hii termini, jura, commoditates et ea, que attinent et

1893/3 - 48

---

1893/3 - 49

semper attinere debent gurgustro sepius nominato, sicut ea ipsi Bertrammo et suis heredibus ac ecclesiis et monasteriis, si ipsi transferrent, sunt plenius resignata cum proprietate omnimodo et aliis, ut predicatur, pure libere et perpetuo possidenda, scilicet quod nulla wada de Raceborch vel undecumque fuerit umquam debet propius ad bodam gurgustri accedere vel venire, nisi ex una parte stagni ad eum locum qui vocatur concava via vel Holewech et ex altera parte stagni ad villam Pogheze, et inferius nullus piscatorum propius debet accedere, nisi ad illum locum qui nominatur alta fagus seu ad altam fagum, nullusque habebit transitum hinc et inde, nisi in vero fluxu seu cursu fluminis gurgustri, qui oughagh vulgariter nuncupatur. Preterea licet et semper licebit libere quibuslibet veris possessoribus gurgustri, bodam seu casam sine cujuslibet contradictione edificare seu construere pro ipsorum beneplacito infra terminos prenotatos. Item nullus omnino hominum in utroque litore stagni eisdem possessoribus invitis quiequam construet vel etiam ipsis contradicentibus aliquid attemptabit, nec eos quisquam in utroque latere seu litore quomodolibet molestabit. Preterea licet et semper licebit predicti gurgustri dominis et possessoribus ac aliis quibuscumque, qui ad hoc per ipsos deputati fuerint, pisces et quoscumque proventus, qui de hujusmodi gurgustro et stagno quomodolibet provenerint, ad civitatem Lubicensem vel alias ubicumque placuerit deducere seu deportare libere obstaculo seu contradictione cujuslibet non obstante. Wada autem pertinens ad bodam debet et poterit libere piscari sine aliquo impedimento per totum stagnum, similiter nullum rete, quod jaghenetthe dicitur, trahens ad heyle dicti bode propius venire debet, quam ex una parte stagni ad prenominatos terminos sicut wada. Item nullus piscator quecumque alio modo seu genere piscandi huic bode propius venire debet, quam ad locum limosum, quem modhe nominant et ex altera parte ad

antiquum stadhe. Item tempore nocturno non licet alicui piscatori stagnum ascendere cum rethi, quod jaghenetthe dicitur, ad piscandum. Preterea licet eis et semper licebit, ligna secare quelibet, quibus eguerint ad gurgustrum. Item omni vespere adhuc sole splendente ispum gurgustrum serabitur et demane aperietur die quolibet orto sole. Sane hujusmodi emptionis et venditionis contractu de gurgustro et bonis predictis totaliter consumato et traditione ipsorum legaliter subsecuta sepedictus Bertrammus pio ductus affectu cupiens, divinum cultum augeri, duo altaria, que vicarie vulgariter nuncupantur, perpetuo duratura in monasterio sancti Johannis evangeliste sito intra civitatem Lubicensem in honorem omnipotentis. Dei et beatorum Andree et Bartholomei, apostolorum ejus, de consensu loci dyocesani et decani et capituli ecclesie Lubieensis, de hujusmodi bonis suis propriis construxit pariter et dotavit, jure patronatus sibi et suis heredibus in perpetuum reservato. Nos itaque, qui sicut prenarratis inclitis et claris quondam ducibus Saxonie, scilicet carissimo Johanni, patri nostro, et Alberto, patruo nostro, licet inmeriti in ducatus Saxonie dominio Domino permittente successimus, sic in affectus plenitudine in hiis que cultum divinum concernunt successisse debemus, sepedictum emptionis et venditionis contractum de prefato gurgustro seu septis cum suis omnibus terminis, attinentiis et juribus, ut premittitur, habitum et traditionem de hiis factam, constructionem quoque, foundationem seu instaurationem ac dotationem jam dictorum altarium et beneficiorum de hiis bonis factam et habitam nec non demissionem possessionis bonorum hujusmodi, quam pacifice optinent et optinuerunt, spacio quadraginta annorum et amplius, patroni dictorum beneficiorum ac eodem optinentes beneficia ipsis patronis et obtinentibus ipsa beneficia ac eorum successoribus universis et per eos pretacto monasterio beati Johannis evangeliste nec non ecclesie Lubicensi tractatu

sollemni ac deliberatione diligenti et cause cognitione legaliter una cum superius nominato dilecto fratre nostro domino Johanne, duce \*) Saxonie, et vasallis nostris prehabitis de consensu et cooperatione jam dicti fratris nostri et Elizabeth, dilecte uxoris nostre, ac vasallorum nostrorum ratificamus, approbamus, confirmamus ac ex certa scientia innovamus, ipsaque bona cum omnibus suis attinentiis terminis et juribus premissis sponte absque metu et dolo recognoscimus ad jus et proprietatem sepedictorum beneficiorum plenissime pertinere, eaque nichilominus ex habundanti de novo concedimus, conferimus et donamus monasterio seu ecclesie et beneficiis memoratis, renunciantes una cum jam dicto fratre nostro nichilominus, quo ad retractionem premissorum, quod metus causa, de dolo et in factum actione et exceptioni beneficio restitutionis in integrum, novellarum constitutionum subsidio et generaliter cujuslibet auxilio juris canonici et civilis ad observationem ac defensionem omnium et singulorum supra narratorum similiter nos et heredes ac successores nostros universos perpetuis temporibus firmiter astringentes. In quorum omnium testimonium et singulorum evidenciam sigillum nostrum et Elizabeth uxoris nostre predictae una cum sigillo memorati fratris nostri domini Johannis, ducis Saxonie, et Elizabeth, uxoris sue, presentibus literis est appensum. Hujus rei testes sunt olicus rector ecclesie in Lovenborch noster protonotarius \*\*), Johannes de Crumesse, Walravenus de Crumesse, Erneko Hake, Walravenus de Duvense, Bertoldus de Rithzerowe, Henrius de Gronowe, milites, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Raceborch anno Domini 1318 sexto decimo kalendas Decembris.

Nos eciam Johannes, Dei gracia dux Saxonie, prenominatos contractum emptionis et venditionis de

---

\*) ducis L.

\*\*\*) pronotarius L.

memorato gurgustro seu septis cum omnibus suis terminis, attinenciis et juribus habitum seu initum, constructionem quoque ac dotationem supradictorum altarium seu beneficiorum de hiis bonis factam ac omnia premissa et quelibet premissorum rata et grata habentes ea cum dilecto fratre nostro Erico, duce Saxonie predicto approbamus, confirmamus et ex certa scientia roboramus, recognoscentes ea una cum eodem fratre nostro ad jus et proprietatem dictorum altarium et beneficiorum plenissime pertinere, ad observationem et defensionem omnium et singulorum premissorum absque refragatione qualibet nos et heredes et successores quoslibet inperpetuum fortius obligantes.

In cujus rei testimonium presentes eciam litteras de consilio et consensu vasallorum nostrorum nostro et Elizabeth, uxoris nostre care, sigillis fecimus communiri. Testes hujus rei sunt Olricus rector ecclesie in Lovenborch, Johannes de Crumesse miles et alii superius nominati. Datum et actum Raceborch anno Domini 1318, sexto decimo kalendas Decembris.

6) Verpachtung der Fischerei im Ratzeburger See durch Johann Mornewech. – 1410. Juni 15.

–

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Niederstadtbuch vom Jahre 1410 Viti.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 5 No. 333.

Notandum, quod Johannes Mornewech presens libro recognovit, se percepisse à Bernardo Puttelkouwen piscatore decem marcas Lub. den. et pro illis idem Bernardus debet habere quartam partem sue piscacionis dicte aelwer, site in stagno Raceburgensi, quam primo racabit, ad tempora sue vite, sicut sui predecessores istam quartam partem prius habuerunt, de ea tamen faciendo, sicut alii ante eum fecerunt. Si autem contingeret, dictum Mornewech medio tempore mori, tunc ipsius heredes restituent dicto Bernardo aut suis heredibus decem marcas prescriptas.

Si etiam dictus Bernardus vixerit ita diu, quod percipiet unam quartam partem, hinc dabit ipse Mornewech prescripto adhuc 9 mareas Lub. ad dictas decem marcas.

7) Johann Mornewech bekennt sich gegen drei benannte Fischer zu einer Schuld von 40 Mark für den Wiederaufbau der Wehrbude im Ratzeburger See. – 1410. Aug. 10. –

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Niederstadtbuch vom Jahre 1410, Laurencii.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 5 No. 333.

Johannes Mornewech in presencia libri constitutus recognovit, se teneri Detlevo Helmige et Johanni ejus filio nec non Marquardo Rokelosen piscatoribus in 40 marcis Lub. den. et hoc de reedificatione cujusdam case combuste super piscariam dicti Morneweges, sitam in stagno Raceburgensi, quas prefatus Mornewech aut si sequaces seu successores, qui pro tempore dictam piscariam possidebunt, dictis Detlevo, Johanni, Marquardo et suis heredibus solvere debent infra primos 4 annos immediate affuturos.

8) Johann Mornewech verpachtet den vierten Theil seiner Fischerei im Ratzeburger See. – 1412. März 20. –

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Niederstadtbuch vom Jahre 1412, Judica.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck 5 No. 405.

Notandum. Johannes Mornewech presens libro recognovit, se percepisse a Johanne Rukelozen piscatore decem marcas Lub. den. et pro illis idem Johannes debet habere quartam partem sue piscacionis dicte alwer site in stagno Raceburgensi, que prius vocabit ad tempora sue vite, sicut sui predecessores istam quartam partem prius habuerunt, de ea tamen faciendo, sicut alii ante eum fecerunt. Si autem contingeret, dictum Johannem

---

1893/3 - 54

Mornewech medio tempore mori, extunc ipsius heredes restituent dicto Johanni Rukelosen aut suis heredibus decem marcas prescriptas.

Si etiam dictus Johannes Rukelose vixerit ita diu, quod unam quartam partem percipiet, extunc ipse dabit Johanni Mornewech et suis heredibus adhuc 9 marcas Lubicenses ad decem marcas antedictas.

9) Klageartikel des Rathes von Lübeck gegen den Herzog Erich V. von Sachsen-Lauenburg. 1418. August 3.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Entwurf auf Papier.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 6 No. 38 S. 78.

-----

Item deyt de ergenante hertoge wedderstand unsen borgeren, de dat wer uppe deme Ratzeborger see vorstan, indeme dat he se vorwelden let in erer vischerie tegen de bezegelden breve, de sine olderen darup gegeven hebben.

-----

10. Antwort des Herzogs Erich von Sachsen-Lauenburg auf die Klageartikel des Rathes von Lübeck. – 1418. August 7.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Abschrift auf Papier.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 6 No. 42 S. 64.

-----

Item also scriven van wedderstande an visscherie to deme were up dem Raceborger zee u. s. w., wen se us benomen, wat wedderstand id sy der visscherie, so wille wi gerne dar to antwerden.

-----

1893/3 - 54

---

1893/3 - 55

11. Antwort des Rathes von Lübeck auf die Klage des Herzog Erich. – 1418. August 7.

Stadtarchiv zu Lüneburg, Original auf Pergament.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck **6 No. 43 S. 80.**

-----

Item also de hertoghe claghed, wo dat Mornewech, unse borgher, Fideken Campouwen, sinen armen manne, bynnen Lubeke afgheschattet hebbe **30** mark mit gewalt unde unrechte u. s. w. dar secge wii to, dat Mornewech nemande beschattet en hebbe mit gewalt edder unrechte. Breke aver we an deme were up deme Ratzeborger zee unde siner tobehoringe, dar twe vicarien mede bewedemet sin, moghen de vicarii edder Mornewech van erer weggen richten edder richten laten mit rechte, wente se dat recht darane hebben hoghest ziidest unde alle andere rechte unde gericht, also de breve clarliken udwisen, de de vicarii unde Mornewech gerne vorbringen willen, est men des beghere, unde hirusse en mach he sik ok in dat vorserevene were mit rechte nicht hebben wissen laten, also he scrifft. Unde des gelikes secge wii ok to deme anderen stücke van Morneweges unde Dettlef Matten weggen u. s. w., de Eghard Springe unde Schele Hinrik bynnen Lubeke scholen ghehindert unde in borghehand gebrocht hebben mit gewalt unde unrechte, dat se des nicht gedan hebben mit walt edder mit unrechte,



sunder darumme, dat se na vele guder nderrichtinge unde warninge den vorscreven were negher ghevisschet hebben, dan se van rechte don mochten na udwisinge der breve up dat wer sprekende, dat de vorscreven vicarii edder Mornewech edder anderswe, deme de vicarii des ghunnen, richten moghen.

-----

12. Der Rath von Lübeck bekundet, daß ihm Hermann Platensleger die Urkunden über die von den Mornewech gestifteten geistlichen Benefizien übergeben habe, und überträgt

1893/3 - 55

---

1893/3 - 56

demselben die Lehnwaare über die Vikarien in drei Generationen. – 1417. April 18. –

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Niederstadtbuch vom Jahre 1418, conv. Pauli.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck 5 No. 614.

Wii borgermester unde radman der stad Lubeke bekennen unde betugen openbare in desseme breve vor alles weme, dat wy umme vruntschopp willen de uns Hermen Platensleger unse medeborger bewiset hefft dar ane, dat he uns guetliken over antwordet hefft de besegelden breve, de dar spreken uppe de geistliken lene, de de Mornewege gemaket hebben, mit demsulven Hermene vruntliken enes gedregen hebben, dat wy veme truweliken willen behulpen weren na alle unsem vermoeghen, dat he de lenwaere der vorscreven lene beholde to dren telingen eliken van oeme volghende, also wol vrowesnamen also maenne, unde mit alsodanner herlicheit unde rechte, also de de Mornewege to voerne gehaed hebben. Unde desses to merer tuchnisze is unser stad ingesegel gehenget vor dessen breff. **Datum anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, ipsa die dominica, qua cantatur in ecclesia Dei quasimodogeniti.**

13) Hans Mornewech überläßt dem Rathe von Lübeck das Patronatrecht über die beiden

von seinen Vorfahren gestifteten Vikarien in der Kirche des St. Johannis Klosters in Lübeck sowie auch seine Rechte an dem Wehr im Ratzeburger See und der dazu gehörigen Seefläche. – 1419. Nov. 10. –

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original auf Pergament mit Siegel.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 6 No. 137.

Ik Hans Mornewech bekenne unde betuge openbare in dessem breve vor alswenne, dat ik mit willen unde vulborde myner erven, unde alle derjennen, der ere vulbord darto to esschende was, den erbaren heren borgermesteren unde radmannen der stad Lubeke gegenwardigen unde toko-

1893/3 - 56

---

1893/3 - 57

menden mit vryen willen overgegeven unde vorlaten hebbe, overgeve unde vorlate in crafft desses breves de leenware der twyer vicarien, de myne vorolderen gemaket hebben in sunte Johannis ewangelisten kerken to den closterjuncvrowen bynnen der stad Lubeke, unde darto de herlicheyd unde allent, des ik bette herto unde myne olderen vor my gehad unde bruked hebben in dem were upe deme Razeborger zee unde in siner tobehoringe.

Unde desses to merer tuchnisse der warheyd unde vaster bewaringe is myn ingezegel mit mynen guden willen unde van mynen hete gehenged vor dessen breff. **Datum anno Domini 1419, in profesto beati Martini episcopi.**

14) Johann von Dulmen, Bischof von Lübeck, bestätigt die wiederholte Uebertragung des Patronatsrechtes über die beiden von den Mornewech gestifteten Vikarien in der Kirche des St. Johannisklosters in Lübeck seitens des Domcapitels an den Rath. – Lübeck 1419. Dez. 1. –

L. Aus Staatsarchiv zu Lübeck. Original auf Pergament mit zwei Siegeln.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck 6 No. 149.

Johannes, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Lubicensis. Ad futuram rei memoriam. Pro varietate rerum mundanarum, que quasi continuo et interminabili motu volountur, decet prelatum et alios, quorum interest, jura sua ecclesiastica a se in favorem aliorum quandoque abdicare et secundum incumbentium agendorum conformitatem de illis utiliter etiam pro futurorum benemeritorum premiacione disponere, prout statui suo viderint expedire. Et ad ea nos curis exitamur continuis, et precipue nostra suspirat intentio et dirigimus libenter studia nostre mentis, per que ad Dei laudem et gloriam divinus cultus et jura beneficiorum ecclesiasticorum in esse conserventur et subditorum nostrorum benivolentia jugiter succrescat mutue voluntatis, ac illis, que circa hoc ordinata sunt, ut solida firmitate consistant, appro-

1893/3 - 57

---

1893/3 - 58

bacionis et confirmacionis ordinarie roboris libenter addicimus firmitatem. Dudum siquidem auctoritate et consensu pie recordacionis quondam Borchardi episcopi Lubicensis, predecessoris nostri, necnon tunc decani et capituli ecclesie nostre Lubicensis quondam Hermannus Mornewech, proconsul civitatis Lubicensis, pro salute animarum parentum suorum unam ad sancti Andree et unam aliam perpetuas vicarias ad sancti Bartholomei altaria in ecclesia monasterii monialium sancti Johannis evangeliste Lubicensis sita secundum desiderium et ordinacionem Bertrammi Mornewech, genitoris sui, fundaverat et ad vicarias hujusmodi quoddam gurgustrum in aquis stagni Raceburghensis situatum cum omnibus suis juribus et pertinenciis proprietate et libertate necnon decem marcas Lubensium denriorum in villa Kokole, nostre Lubicensis diocesis, per abbatissam et conventum dicti monasterii singulis annis persolvendas pro dictarum vicariarum dotatione inperpetuum dederat et assignaverat, propter quod et obsequia multa per eundum Hermannum eidem predecessori nostro et ecclesie sue impensa predecessor noster, decanus et capitulum supradicti eidem Hermannus et aliis diversis personis suis agnatis et

heredibus ipsorum ab eis linialiter descendentes in sexu masculino jus patronatus vicariarum hujusmodi liberaliter concesserunt, sic tamen, quod eodem Hermanno ac personis et heredibus hujusmodi deficientibus jus patronatus hujusmodi ad capitulum Lubicense devolveretur, prout in litteris predecessoris nostri et capituli predictorum desuper confectis ac per nos plene visis, auditis et intellectis, quas presentibus hic haberi volumus sufficienter pro expressis, plenius continetur. Cum itaque postmodum, sicut nobis innotuit, jure patronatus vicariarum hujusmodi per liberam renunciacionem dilecti nobis Johannis Mornewech, laici Lubicensis, qui solus ex personis et heredibus hujusmodi superest, in manibus nostris pro se et heredibus suis in favorem circumsectorum virorum

1893/3 - 58

---

1893/3 - 59

dilectorum nobis dominorum, proconsulum et consulum Lubicensium, sponte factam et per nos admissam vacante proconsules et consules supradicti, jus patronatus hujusmodi sub fidelibus suis vicariarum et jurium carandum defensione et manutencione et pro singulari et grata eorum benivolentia honoris habere desiderantes, apud venerabiles et circumsectos viros et dominos capitulum ecclesie nostre nobis dilectos, ut jus patronatus hujusmodi consulatui ejusdem civitatis donaretur et perpetuo conferretur, devotis humilibus precibus institerunt, domini vero capitulum antedicti diversis inter se super hoc tractatibus capitularibus habitis inter alia perpenderunt, quod consulatus et civitatis predicti gurgustrum prefatum ad vicarias ipsas pertinens, per quod, si ad manus extraneas perveniret, magnum exinde prejudicium reipublice hujus loci et in aquis et piscacione periculose fieri et attemptari posset, ac alia bona et jura dictarum vicariarum sub conservacione et divini cultus aumento utiliter defendere et manutencione volunt, prout potenter possunt, ideoque et ex aliis rationabilibus causis eorundem dominorum capituli animos morentibus et presertim, ut consulatus et civitatis predictorum amica favoris sinceritas eo amplius erga ecclesiam nostram et ecclesiasticas personas excrescat, quo majorem in hiis ab ecclesia nostra se noverint gratiam assecutos, domini capitulum supradicti proconsulibus et consulibus ipsis gratiam, per quam se etiam aliis gratiosos exhibere valeant, munifice concedere ipsorumque votis annuere volentes, jus patronatus dictarum vicariarum, quas dilecti nobis magister Paulus Oldenborgh et Nycolaus Stendal

presbiteri nunc obtinent, pure, sponte et simpliciter titulo mere et irrevocabilis donacionis \*)  
consulatus civitatis supradicte de consensu nostro capitulariter inperpetuum donaverunt et  
liberaliter contulerunt, jus patronatus hujusmodi a se totaliter ab-

\*) L. wiederholt: jus patronatus duarum vicarium predictarum.

1893/3 - 59

---

1893/3 - 60

dicantes sic quod consulatus ipse ipsiusque successores ad vicarias hujusmodi tocien-  
s, quociens illas vacare contingerit \*), jus presentandi personas idoneas debeant inperpetuum  
habere. Demum ad majorem ipsius consulatus cautelam, domini capitulum supradicti per  
venerabilem virum dominum Bertoldum, prepositum ecclesie nostre predicte, quem una  
cum canonicis aliis ejusdem ecclesie propterea ad nostram presentiam direxerunt,  
donacionem hujusmodi juris patronatus innovarunt, sicque prepositus ipse nomine  
dominorum capituli prefatorum jus patronatus hujusmodi denuo titulo mere donacionis in  
personam circumscripti viri, domini Jordani Plescouwen nobis dilecti presentis ibidem  
dominis consulatus supradictis in perpetuum donavit, etiam jus illud totaliter a se  
abdicando, ut prefertur, et deinde idem dominus Jordanus et dilectus nobis dominus  
Conradus Brekewolt, proconsules Lubicensis, nomine consulatus et civitatis predictorum  
nobis humiliter supplicarunt, quatenus donacionem et abdicacionem hujusmodi confirmare  
et jus patronatus hujusmodi in ipsos et consulatum supradictos auctoritate nostra conferre  
dignemur. Nos itaque ob spem presertim affectus benivolentie majoris eorundem  
consulatus et civitatis erga nostram ecclesiam Lubicensem jugiter suscitandi hujusmodi  
supplicacionibus inclinati donacionem, collacionem et abdicacionem juris patronatus  
vicariarum hujusmodi, ut premittitur, factas admisimus, confirmavimus, ratificavimus et  
approbavimus illasque auctoritate ordinaria presencialiter confirmamus, ratificamus et  
approbamus presentium sub tenore ac omnem defectum, qui premissis posset  
quomodolibet intervenire, supplemus, jus patronatus hujusmodi in consulatum ipsum  
totaliter perpetuo transferentes. In quorum testimonium presentes litteras fieri easque per  
Hinricum infrascriptum publicum notarium nostrum subscribi, publicari manda-

---

\*) contingerit L.

1893/3 - 60

---

1893/3 - 61

vimus easque nostro ac capituli nostri predicti sigillis fecimus communiri. Datum et actum Lubik, sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo nono, indictione duodecima, die vero prima mensis Decembris, pontificatus sanctimissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providencia pape quinti, anno tertio. –

Et ego Hinricus Hundebeke, clericus Monasteriensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia anno Domini, indictione, die, mense et pontificatu, quibus supra ac hora terciarum vel quasi in civitate predicta donacioni ac collacioni et abdicacioni juris patronatus hujusmodi per dominum prepositum supradictum, ut prepositum supradictum, ut premittitur, factis ac confirmacioni, ratificationi et approbacioni hujusmodi incuria habitacionis reverendi patris domini episcopi supradicti una cum honorabilibus et discretis viris dominis Johanne Schabbe, notario dominorum capituli ecclesie Lubicensis, ac Tyderico Witten et Reynero Volkenborgh, presbiteris Lubicensibus, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, presens interfui eaque, ut premittitur, sic fieri vidi et audivi, ideoque de mandato reverendi patris predicti hoc presens publicum instrumentum mea propria manu conscriptum exinde confeci, illudque signo et nomine meis solitis et consuetis sub sigillis antedictorum signari rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum.

–

15. Herzog Bernhard II. von Sachsen-Lauenburg an Lübeck: theilt mit, daß eine Beschwerde über den Holzzoll zu Pogetz an ihn und seinen Bruder Erich zugleich gerichtet werden müßte. – Ratzeburg, [1424. April 15 ?]

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original auf Papier mit Spuren des briefschließenden Siegels.

Gedr. Urkundenbuch der Stadt Lübeck, 6. No. 585.

1893/3 - 61

---

1893/3 - 62

Den erliken vorsichtigen luden borgermesteren unde radmannen der stad Lubike erwerdigen gescreven.

Bernd, van Godes gnaden, hertoge to Sasse[n] etc.

Unse ghunste tovoren. Leven vrendes. Juwen breef uns gezand scrivende, wo gy uns unde useme vogede to Razeborgh to twen, do dren offte meer tiidem gescreven hebben van welker pramen holtes wegene, de use voged juwen borgeren to Pogetze ghethoved schole hebben umme tollens willen, des gy unde de juwen an dem ende nicht plichtich en sin to gevene na lude unde inneholde juwer bewisinge, de gy dar aver hebben etc. Des willet weten, dat use bole to lande is, alze gy lichte wol weten, unde gy scriven us alleynen to. Zunder wille gy useme bolen unde us davan scriven unde zenden to Lovenborgh, zo wille wii dar gerne umme spreken unde ju dar weder upscriven use guddunked, unde hopen, wes us to boerd, dat gy us dar nicht ane hinderen willen, alze wii ju endeked. Siid Gode bevalen. Screven to Razeborgh in palmeavende under unseme ingesegele.

**16.** Herzog Bernhard II. von Sachsen-Lauenburg an Lübeck: ersucht, eine Tagfahrt anzusetzen, um über die Grenze auf dem Ratzeburger See zu verhandeln. – Lauenburg [14]61. Mai 24.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck; Original, Papier mit Resten des briefschließenden Siegels.

Den ersamen unde vorsichtigen unsen bisunderen guden frunde, borgermesteren unde radmannen der stad Lubike.

Bernd, van Godes gnaden hertoge to Sassen u. s. w.

Unsen gunstigen gruth tovoren. Ersamen bisunderen guden frunde. So gii seryven van unsen armen luden van Zarouw unde Gronouwe, wii se undertowisende, van den juwen to blivende, jw darane neyn wedderstal don offte sick des underwinden u. s. w. hebbe wii gutliken untfangen unde lesende wol vornomen unde begheren jw dar upp gutliken

1893/3 - 62

---

1893/3 - 63

weten, dat uns nicht witlich en is, unde gii ock nicht enkedes en roren in juwem breve, wor de stede belegen sin, dar de unsen ave bliven scholen. – Ok so gii furder under anderem worden scrijwen, dat na inholde juwer privilegien jw myt den unsen nenes richtendes behoff en zii, so is unse fruntlike beger, gii uns beth in der weke na dem sondage negest komende seryven ene enckede tiid, gii to Sarouwe wesen willen, dar wii denne personliken dencken by jw to komende unde sodane sake myt juw muntliken to vorhandelnde, wor de vorgerorden stede belegen zin unde de unsen dar enboven nicht belasten edder wedderstal en don. Dat willen wii, wor wii mogen tegen juw gerne vorschulden. Geven to Lovenborch ame dage pentecostes under unseme ingesegele **anno Domini etc. 61.** Des juwe richtige brefflike antwerde by dusseme jegenwardigen.

17) Heyne Tzope, Vogt zu Ratzeburg, an Lübeck: weist die Behauptung zurück, auf dem lübeckischen Theile des Ratzeburger Sees Reth geschnitten zu haben, und verspricht, Nachforschungen nach dem Thäter anstellen zu wollen. - [14]61. Nov. 22.

aus Staatsarchiv zu Lübeck; Original, Papier, mit Resten des briefschließenden Siegels.

Den werdigen unde vorsichtigen borgermesteren unde radmannen to Lubeke.

Minen fruntliken denst myt vormoginge alles gude tovoren etc. Ersamen leven heren, so juwe leve screven, wo juwe truwe dener Hermen Schirink hefft to kennende geven, wo ik scholle ret gewunen laten hebbe uppe deme juwen, dar mede he van juwer wegen belenet is, unde schal id vort an myn beholt gebracht laten unde in min genuet gekeret



hebbe etc. Des do ik juwer ersamheyt weten, dat my id tomale unwitlik is unde nictes van en weet, wo id ume dat reed is edder wor id sy gebleven; men ik will de bure vorloden to hope unde will myt en dar umme spreken, weid gewonnen hefft. Is dar denne we, de des retes ganaten

1893/3 - 63

---

1893/3 - 64

hefft, den will ik dar denne so to hebben, dat he Hermens willen dar vor make. Screven ame dage Cecilie under myneme ingesegele **anno etc. 61.**

Heyne Tzope vaaget to Rasseborch.

**18)** Andreas Wegendriver (Vogt zu Ratzeburg), an Lübeck: verwendet sich für die Fischer von Sarau, welche in Lübeck in Strafe genommen worden, weil sie die ihnen zuständige Grenze bei der Befischung des Ratzeburger Sees überschritten hätten. - [14]66. Jan. 24. –

Aus Staatsarchiv zu Lübeck, Original, Papier, mit briefschließendem Siegel.

Den ersamen unde vorsichtigen borgemesteren unde radmannen der stad to Lubeke synen bisunderen heren unde frunden.

Vruntliken willigen denst mit vermoge alles guden tovoeren. Ersamen leven heren unde vorsichtigen bisunderen guden frunde. De eldesten visschere bii deme Raceborger zee wonende unde bisunderen de gemenen visschere van Groten-Sarouwe sint an eneme merklikeme tale bii my gewesen unde hebben my swarmodigen berichtet, wo dat ame vorgangen mitweken de sulven van Zarouwe mit oren visschen juwen market te Lubeke nach loveliker gewonheit besochten, so ist gekomen juwe visscher, nomptliken Pynnouwe, mit anderen sinen medehulperen unde hebben on ore gelt dar van gekofft bekummerd unde besathet, umme, so se seggen dat se on schullen to na gevisschet hebben. So was ik van desseme dage to Sarouwe gereden, na der worheit to vragende unde hadde ok de

eldesten dar mede tor stede, de my berichtet hebben, dat eme unrechte beschued, so juwe visschere en deel, de nu mit Tynnouwen visschen, dede in voertiiden mit mynes gnedigen heren visscheren gevisschet hebben, wol scholen weten unde mynes heren visschere mogen visschen gelijk den juw[en] \*) beth tone Berchstaken unde

---

\*) juw L.

1893/3 - 64

---

1893/3 - 65

schedebussche. Also denne myn gnedige leve here is buten landes gereden unde sunderge fruntschop to juw gestellet hefft, so gii villichte in siner gnaden scriffte wolgemerket hebben, bidde ik juwe erliken wisheit mit sundergeme fliite fruntliken, dat juwe ersamheit sodane besathe mit Tynnouwen unde sinen medehulperen an mynes gnedigen heren armen undersathen beschen gutliken laten afstellen beth mynes gnedigen heren van Sassen to kumpft. Hebben se denne juw offte juwen visscheren wes to nah visschet, entwivele ik nicht, sine gnade hebbe de sine behorliken unde schickliken dar ane to dunde unde to latende so \*) sick behoret. Unde laten den armen luden jo nicht entgelden, dat myn gnedige here buten landes is gereden uppe dat de gelove nicht furder vorkrencket werde; unde bidde desset intbeste van my to entfangende. Wes de armen lude myner fruntliken bede hiirane mogen geneten, so dat se ore gelt mogen wedder entfangen unde bii wontlikeme visschende bliven, begere ik juwe gutlike richte antwort bii desseme jegenwardigen. Welk ik van wegen mynes gnedigen heren unde dorch myne egenen personen gerne vordene. Siit Gade deme heren sund unde salich bevalen. Screven ame avende conversionis sancti Pauli under myneme ingesegele anno etc. 66.

Juwe gutwillige denre  
Andreas Wagendriver

19) Andreas Wagendriver an Lübeck: berichtet von einem auf dem Ratzeburger See  
geschehenen Todschlage und beschwert sich über die lübeckischen Fischer. 14[66]. Sept.  
1.

Aus Staatsarchiv zu Lübeck; Original, Papier, mit Resten des briefschließenden Siegels.

Den ersamen unde vorsichtigen borgermesteren unde ratmännern der stad to Lubeke,  
synen leven heren unde guden frunden. – Mynen fruntliken willigen denst unde wes ick  
gudes vermach to voren. Ersamen leven heren unde vor-

\*) to L.

1893/3 - 65

---

1893/3 - 66

sichtigen guden frunde. Ik begere juwer ersamheit gutliken weten, dat my warafftigen is  
bii gekomen, dat leyder ame donresdage unlanges vorleden hart uppe jenuë siit Zarouwe  
wol twe arborste schoete weges uppe desse siide des schedebomes in deme  
Ratzeburger zee in den ruschbulten en den anderen van deme levende to deme dode  
gebracht schole hebben, dat denne uppe myns gnedigen heren van Sassen strome unde  
ertboddeme schulle beschen syn, so ik berichtet bin; dar denne Pynnouwe, juwe visscher,  
mit aneren sinen medehulperen sulff veerde mit sulffwalt weldichliken unde in  
nachtslapender tiit is gekomen unde den hantdadigen mit deme doden manne van  
